



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**BREVIS|| INSTRVCTIO|| AD CORROBORAN-||DOS AC
IVVANDOS MO-||RITVROS, EOS PRAESERTIM|| qui ob
flagitia sua, publica Iudi-||cum sententia morti ad-||dicti
sunt:||**

Isella, Francesco

Coloniae Agrippinae, 1588

VD16 I 344

Articulus VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60044)

44 INSTRVCTIO AD

Lætetur igitur damnatus, quod natus est in bona sorte Christianorum, & diem agat festū, quod dignus est mori desiderata morte Sanctorum. Debet autem sese prosternere in faciem, & Domino gratias agere, qui dignatus est tantam cum eo facere misericordiam, potestque dicere; Domine mi, non sum dignus tanta gratia, qui tam citò veniam ad fruendum iucundissima tua facie: peccata namq; mea superant ipsas cœli stellas, & arenam maris: & non sum dignus vocari filius tuus; imò ne minimus quidem tuus famulus.

Articulus VII.

Mortem cō-
munem esse
& naturalē
ideoq; mi-
nus metuen-
dum.

1. Reg. 14.
Hebr. 5.

Psalm 88.

Debet quoque damnatus patienter ferre mortem, cū naturalis sit, & communis omnibus. Quare scriptū est in libris Regum, quod omnes morimur, & quasi aqua dilabimur. & S. Paulus ait; Statutum est omnibus hominibus semel mori. Moriuntur debiles & robusti, sapientes & ignorantes, nobiles & ignobiles, Domini, Marchiones, Principes, Duces, Reges, Imperatores, Cardinales, & summi Pontifices. Non est homo qui viuit, & non videbit mortem. Imò ipse Dominus Dominorū,
Rex

R
c
v
n
le
d
e
m
m
e
m
m
st

ce
er
&
ta
ho
ce
H
Et
ri
qu
na
en
lo
m
no

IVVANDOS MORIENTES. 45

Rex Regum, & Sanctus Sanctorum, cum liber esset ab omni lege mortis, voluntariè tamen mori voluit: sed nec charissimam suam matrè ab hac lege voluit esse immunem. Non ergo damnatus se meliorem putet reliquis esse Christianis, meliorem Christo, meliorem eius matre Virgine; qui omnes per mortis viã ad patriam trãserunt. Cum igitur mors omnibus cõmunis est, omnesque semel debeant mori, non debet nimium animo consternari, eò quod sibi moriendum est.

Sed & præterquam quod istud facere debet tanquam Christianus, sciens mortem esse finem miseriarum, & principium beatæ atque felicitatis: Debet etiam hoc facere tanquam homo, considerans tantũ, quod mors communis est, & naturalis omnibus. Hæc vna consideratio fecit, vt etiam Ethnicorum constantia, Ethnici non inuiti mortem oppetierint; quare cum Socrati dictum esset, quod ab Atheniensibus erat condemnatus, respondit; se id flocci facere: si enim, inquit, iam non morerer, paulo post tamen mihi esset necessariò moriendum. Alius Spartiatus adeò non mutatus est, cum se condemna-

C tum

46 INSTRVCTIO AD

tum audisset, quod Iudicibus etiam gratias egit, addens; se eandem pœnā etiam si nunc euasisset, alio die subire debuisse, & pœnam hanc talem esse, quam dare poterat, neque patrimonium vendendo, neque bona oppignorando.

Possunt huc & exempla quædam nostri temporis cōmemorari, maximè eorum (si qui sint) quos damnatus nouit, qui propter exiguum & momentaneum honorem, certam mortem adierūt: quidam in oppugnatione ciuitatis muros ascendendo; alij vt vindicarent iniuriam, se ipsos in præsentaneum mortis periculum coniecerunt, inter enses hostiles irruentes. Quidam maluerunt mortem oppetere cum honore, quàm uiuere cum ignominia: cuius rei exemplum vidimus nostro tempore in nobili illo Burgundo, qui vt ^{dominis} sui famā mundo relinqueret, ingressus est palatium Principis Auaici, tot satellitibus stipati, vt occideret eum: vbi tamen nullam videbat elabendi rimulam. qui postea captus, inauditis tormentis excarnificatus est. Si illi, vt exiguum honorem consequeretur, quæ
tamen

Non ob vanam gloriosam hoc fecit: sed vt Remp. Christianam à tyranno liberaret.

ca
al
tu
te
se
m
V
ac
ty

ex
ris
st
Q
P
vi
lu
pe
sic
ex
it
it
lif
m
Et
fu
&
ex

IVVANDOS MORIENTES. 47

tamē vt vmbra perit: si vt ignominiā
aliquam fugerent, vitam susque deq;
tulerint, cur non etiam & nobis con-
temnenda erit vita, vt æternam con-
sequamur gloriam, perpetuamq; da-
mnatorum fugiamus ignominiā?
Vt animum magis addant morituro,
adducant etiā aliquot exempla Mar-
tyrum.

Articulus VIII.

Ante omnia proponatur captiuo Captiuo ex-
emplū Chrī
si patientis
proponatur.
exemplum Sancti Sanctorum, Marty-
ris Martyrum, Christi Domini no-
stri, cuius vita continua fuit passio:
Quare meritò dicere potuit verba
Psalmi illius; *Quoniam defecit in dolore* Psal. 302
vita mea, & anni mei in gemitibus. & il-
lud Ieremiæ; *O vos omnes qui transitis* Thren. 4.
per viam, attendite & videte, si est dolor,
sicut dolor meus. Hic licebit morituro
explicare, quomodo Christi dolor fu-
it maximus quantum ad pœnam: fu-
it enim arētissimè vinctus, fuit crude-
lissimè flagellatus: caput eius acutissi- Psal. 700
mis spinis fuit lancinatum, fuit ada- Ioan. 190
ctus vt propriam crucem in humeris
suis portaret, cum totus esset debilis, Matth. 170
& corpore toto saucius: fuit in cruce Matth. 270
extensus crudeliter, & funibus tā cru-

C 2 deliter